

peritur Acidum aliquod Embryonatum dictum, quod venas metallicas Martis, Veneris corrodens, se insimul coagulat, & cum particulis ipsius metalli in Vitriolum abit. Hinc Vitriola alia Venerem, alia & pleraq; Martem ut Goslariense continent. Ita ars naturam imitatur, unde Vitriola factitia sunt, de quibus in sequentibus.

2. Sulphur Commune, quod eiusdem cum Vitriolo Originis est. Ex minera scilicet eorum primo sublimatur Sulphur, reliquum decoctione fit Vitriolum. Istius genera sunt Sulphura alia, quae ex mineris variis, praesertim Antimonio copiose eliciuntur. Atque sic etiam sulphura Vegetabilium cum occultissimo aliquo vestiantur Acido in hunc censum veniunt. Ita ratione Acidi sui Spiritus vini cum urinosus subtilissime effervescit.

3. Salia, commune, gemma; quae non sine causa dixeris Acidum illud embryonatum expers sulphuris & metallica miscela. Sale quidem commune aliquam sui parte Alkali continet, unde in aurum illud agere dicam inferius; nihilominus destillatum, Spiritum mere acidum praebet; unde cum Acidis eodem stat loco.

Re-